

II h  
286

N: 2, 696.

h. M. II, 629



# HIPPOLYTUS

R E D I V I V U S

id est

Remedium contemnendi  
sexum muliebrem.

A U T O R E

S. I. E. D. V. M. W. A. S.



ANNO M. D. C. XLIV.

## CENSURA.

**T**Ractatulus hic Domini  
S. I. E. D. V. M. W. A. S.  
litterarum amantissimi præ-  
ludia quædam vituperii fæmi-  
narum continens, lectu ac  
prælo dignus præsertim cum  
ejus scriptor non minus veri-  
tati quam delectationi lita-  
verit.

*Sic censeo ac judico.*

*Misogunus de virginali colle.*

*Hippolytorum omnium antistes.*



AD LECTOREM

**E**N tibi amice lector veluti  
 in tabella depictum tenui  
 quidem nostro iudicio fe-  
 minini sexus, genium, quem si  
 non probè ad amissum veritatis  
 ac severitatis exhibuimus, ut tã-  
 tâ in malorum sentinâ facile est  
 nonnullorum oblivisci, rogamus,  
 ea, quæ supersunt dicenda suis  
 quisque suppleat cogitatis Stylo  
 usi sumus inordinato ac minus  
 expolito: Plus enim non mere-  
 batur inordinatum illud mulie-  
 rum genus. Neque quisquam  
 putet nos ab humanitate longe  
 semotos, qui tam acriter mulie-  
 ribus bellum indictum veli-  
 mus, odio enim habemus ne-  
 que tamen displicent, jam qui-

A 2 dem

AD LECTOREM.

dem vituperij digna, verum  
obtenta gratissima. Nec hic ul-  
la legitur aut visitur antino-  
mia, Euripidem sequimur, qui  
cum in tragedijs feminarum o-  
sor esset maximus, in cubili ta-  
men honesto earum fuit aman-  
tissimus. Vale, ac eo, ut nos  
animo in imbellem insurge tur-  
bam.

Vocis

## Vocis origo.

**D**E fæminino dicturo genere necessaria est principio nominis explicatio, ac denique ejus proprietates, vel si mavis passionnes. Primæ mulieris nomen, ne forte hanc Pandoram homines nimium admirarentur, nihil boni eis promisit, & sili- ceat ex Romanorum prisco illo more ab impositione nominis quicquam præfagire, inauspicata ac ominosa appellatione perniciofa quævis universo portendit humano generi: Commodum Imperatorem pessimum fore prævidit Marci Antonini provida mens, intellectis suæ uxoris infomniis, quæ sibi parere duos visa est dracones, & inter hos u-

Ælius •  
Lampi.  
in cōm.

A 3. num.

num ferociorem. Feminini  
 sexus malitiam à primis mundi  
 in cunabulis veluti nominis in-  
 dicinâ monstrare voluit hujus  
 universi nomenclator, dum  
 primam omnium matrem in-  
 vidioso fati quamvis vero in-  
 signivit nomine Hevæ, dicta  
 talis, vel quod maximam co-  
 lat amicitiam genere cum ser-  
 pitino ut pote quæ primo in-  
 stitit cum eo miscere collo-  
 quia, vel quod magis versemi-  
 le, quia ipsa indolis serpentinæ:  
 nihil enim aliud illa vox adspi-  
 rata Heva Syriorum designat  
 sermone etiam testimonium  
 nobis deferente Eusebio in il-  
 lis verbis: *Heva aspiratum est  
 serpens femina.* Habetis Do-  
 minæ originem reliquæ, quæ  
 subsequuntur pedissequæ, vul-  
 gato nomine ac conveniente  
 latinis cluunt mulieres, quasi  
 mol-

Euseb.  
 in lib.  
 ἀπὸ τῆς  
 ἑβραίων.

mollieres, à mollitie quæ huic generi in quarto modo est appropriata, neque hic jam recenserebimus etymologiam vocis Hebrææ, quæ nihil aliud fonat ( ut vel tyronibus notum, ) nisi oblivionem, quæ ut viris disconveniens ita huic sexui solum est conveniens, plura de vocis origine addere nec lubet nec etiam licet ne forte ad illud logicorum principium impingere videamur. Argumentum ab Etymologia nominis deductum non probat nisi probabiliter.

Post nominis descriptionem ordo doctrinæ nos ducit ad rei definitionem, verum cum ratione videor mihi insanire velle, ordinem dum quæro in eo, quod in summo gradu inordinatum, quid dicturus

A 4 sim

sim aut unde dicturus sim nescio, hebescit mens, vacillat calamus, sibi probe conscius, nihil tam pravum de fæminâ dici posse, quin ad huc pejora supersint dicenda, quod etiam Carinus Tragicus in semele lepide significavit hisce verbis.

Athen.  
lib. 13.

*A. Prob Iupiter fæminam quoddam esse malum dicere convenit.*

*B. Enimvero satis fuerit mulierem si dixeris.*

Brevis hæc responsio & proba: verumtamen quia in hujus operis vestibulo promisi sexus feminini descriptionē, aliquid dicam, si facere id possum, aut si fieri res ipsa potissit. Mulier, quam Megæra aluit Tisiphone concepit ac Alecto lac in os dedit, est

Anhelitum attraho ut uno halitu omnia simul expirem.

tene-

tenestre naufragium, domus  
 tempestas, quietis impedimen-  
 tum, vitæ captivitas, quotidia-  
 num damnum, voluntaria pu-  
 gna, sumptuosum bellum,  
 continuum murmur, frequens  
 æstus, pæna domestica, impo-  
 tens Zelotypa, mendica tem-  
 piterna, impudica supplex,  
 bellua conviva, sollicitudo  
 confidens, audax jurgium, fa-  
 cies culta, forma venerea, co-  
 lor fictus, miniatæ genæ, gy-  
 rovagi intuitus, oculi venena-  
 ti, animus prodigus, humeri  
 demissi, tumefactum pectus,  
 ilia gracilia, venter prominu-  
 lus, verba pulta, blanda fraus,  
 lenocinatum alloquium, si-  
 mulata suspiria, piæ indolis  
 serpens, locrymoli risus, dif-  
 cors consortium, infidelis co-  
 mes, vorax æthna, claudesti-  
 num dedecus cænosus concu-  
 bitus,

bitus, expensa eximia, inexisti-  
 mabile jugum, infernalis abies,  
 tæda sulphurata, mobilitas  
 mercurialis, horologii iniquies.  
 animal malitiosum, leana com-  
 plectens, exornata scylla, tri-  
 ceps cerberus, ignivoma Chi-  
 mæra, horrenda Charybdis,  
 marina canis, volucris Harpya  
 sitiens Hydra, Sphinx theba-  
 na: nocivum genus, viscarium  
 diaboli, janua inferorum, ini-  
 quitatis via, scorpionis percus-  
 sio, ignis accensus, conscien-  
 tiæ flagellum, amicitiae inimi-  
 ca, ineffugabilis pæna, naturæ  
 tentatio, desiderabilis calami-  
 tas, domesticum periculum,  
 delectabile detrimentum, an-  
 guis in sinu, illaqueatio ama-  
 toria, libidinum fomes, pudor-  
 ris prostibulum, malum ne-  
 cessarium, breve gaudium,  
 longævum damnum, lis æter-  
 na dixi. Fæ-

*Fœmina omnium malorum  
causa.*

Natura virorum invidens felicitati, ne nimium forte illis secundis insolescerent, eis immitit continuum istud flagellum, quo in officio detenti, aliquod etiam foret malum, quod deprecari velint supplicationes offerentes Deo cui-dam Avarunco, quod malum trito vocabulo fœminam appellamus, primi mali principium, ac omnium deinceps malorum, quæ exstiterè causam, cui natura adeo pronum dedit ad nocendum animum ac pectus ita variis instruxit dolis ut illud quotidie consue- ter secum, qua ratione aliquod facinus idque maximum edat. Uti enim è vestimentis more consueto procedunt tipesæ & è paphyro blattæ

Sence.  
Trag.  
in Octa.  
Act. 5.  
Simoni-  
des de  
mulie-  
re.  
Eccles.  
cap. 4.

A 6

ita

Ecclef.  
cap. 4.

ita communi ulu & experien-  
tia à muliere provenit iniqui-  
tas, si nō moverimini auctoritate  
faltem exemplis tuoque ipse  
damno, quis quis es incredu-  
lus. Nimum enim (proh do-  
lor) expertus es, si hominem  
te esse fateris, & indies expe-  
riris: calamitates morbos, æ-  
grætudines, ærumnas, mor-  
tem, huic uni acceptam fe-  
rendam. Mater omnium He-  
va, ut fuit viventium omnium  
prima causa, ita etiam origo  
prima, ac occasio cujusque in-  
teritus. Quod si illa suo viro  
nunquam porrexisset peccandi  
ansam, lenociniis verborum  
ac blandimentis inusitatis irre-  
tito, nunquam etiam posteris  
dedisset materiem de se male  
cogitandi, seque uspiam cul-  
pandi, verum cum ex inordi-  
nato voluntatis motu, sub  
pæna

pæna æterna mortis ac damnationis appetierit fructum illum vetitum, neglecti iusti indicis comminatione iusta, effecit, ut quicquid ex homine nasci contingit (illo excepto qui tantum ut homo suam agnovit matrem) obnoxium sit non solum rigori pænæ, propter proprium commissum, verum & supplicio sempiterno, ob alterius commissi criminis imputationem. Quam totam rationem etiam sapientibus illis gentilibus visum fuit, sub fabularum proponere involucris, ut soliti erant pleraque sua dogmata talibus investire figmentis, quid autem huic negotio convenientius dici aut applicari poterit illo Poëtarum de Pandora. Prometheus scilicet post communicatum humano generi ignem

&c.

& tota simulacra, quæ composuerat animarum, fratrem monuit. Epimetheum ne unquam donum, si quod ei Iupiter misisset, admitteret: Cuius tamen moniti, immemor, Pandoram mulierem ei missam, quam voluptatem vocant decipientem, accepit cum tixides, ex qua mala omnia hominibus advenere, unica sola spe futuræ salutis remanente in Pixidis operculo, quam rem ita descripsit Hesiodus.

*Omnes in terra vivebant  
familæ hominum.*

*Omnino absque malis &  
difficili labore.*

*Sed mulier manibus rasis  
magnum operculum di-  
movens,*

*Dispersit hominibus autem  
machinata est curas  
graves.*

Ia

Ia hujus etiam filiae magnarum claudum fuere causa, adeo ut gentes, oppida, familiae harum culpa fuerint labefactatae Ardentes ad internecionem usque seipfos consumpsere graeci simul atque Trojani orta discordia propter repetitionem egregiae formae faeminae. Annis enim decem, mensibus sex, ac duodecim diebus pugnatum propter Helenam a Paride raptam in tantum ut ex Argivis corruerint 886. millia ex Trojanis 676. millia. Apud Lacedaemonios bellum exortum propter stupatas virgines contra Messanos quid & initium intestinorum bellorum per universam Graeciam fuisse perhibetur. Iautino regi Scytharum Darius rex Persarum bellum intulit, propter ejus filiam cujus nuptias

Aust. lib.  
4. Polit.

Dares  
Phryg.  
de excid.  
Trojae.

Oros.  
lib. I. c.  
21.

NON

non obtinisset, armatisque septingentis hominum millibus Scythiam est ingressus, verum hostibus non facientibus pugnae copiam, metuens ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur, amissis nonaginta hominum, millibus trepide aufugit, & propter Themæ à quodam Phocensi raptum, decennium solidum Thebanos cum Phocensibus lento duello collisos ac tandem Phocensium urbem excisam, traditum est.

Durs.  
lib. 2.  
hist.

Iust. lib.  
2. histor.

Nec sacra fileet pagina, quæ testatur propter unicam viri concubinam vitiatam reliquos omnes tribus Beniamiticæ tribui bellum intulisse, adeo ut etiam bis cæsæ nondum destiterint, verum tertio divino annuente oraculo magna Beniamitas affecerunt clade, urbe

eo.

eorum incensa, omnibusque  
ad imbellem usque etiam tur-  
bam interfectis. Sileo jam  
Medeę pernicioſa, exortam ob  
Chryſeida luem peſtilentia-  
lem, ac propter Briſeida A-  
chillis indignationem, ſuffe-  
cerit nobis Tragicı adduxif-  
ſe teſtimonium.

*Dux malorum fœmina, &  
ſcelerum artifex,*

*Obſedit animos, cuius in-*

*caſtæ ſupris,*

*Fumant tot urbes, bella tot*

*gentes gerunt,*

*Everſa ab imo regna tot po-  
pulos premunt.*

Quid quod univerſę familię  
feminarum cauſa fuerint labe-  
factatę? Philippi Macedonis  
ob Cleopatrę conjugium.  
Hercules ob matrimonium  
Tolis Euryti filię, Theſei nu-  
ptias Phædię, Minois filię, A-  
tha-

Senec.  
in Hyp-  
polito  
verſu.

557.

thamantis ob Themisto Hypseï, Iasonis ob Glaucen Creontis. Agamennonis ob Casfandram, & quæ non, sed finem investigo eo in negotio quod neque finem ullum nec modum habet. Sit igitur mihi terminus quod præclare ac sapienter ab Eurypide dictum postquam considerasset mala in humanam vitam per mulieres irrumperere.

*O Iupiter quid hoc mali?  
mortalibus*

*Cur protulisti fæminas o-  
lim veris?*

*Virile si seminari velles ge-  
nus,*

*Non id decebat fæminas  
pro ducere,*

*Sed in tuis templis vinos de-  
ponere,*

*Ferrum, vel æs, puri vel au-  
ri pondera.*

*Et*

*Et filiorum sic referre se-  
mina,*

*Pro pretio mox singulos in  
ædibus,*

*Mox liberos sic esse procul à  
fæminis.*

Mandatis virorum, ut femina-  
rum grex in omnibus obse-  
cundet satis superq; arguit ea-  
rum imbecillitas in natura.  
Immo hæc est illa lex quam  
universi conditor post lapsum  
jussu ac voluntate expressa huic  
imposuit sexui ut viro subja-  
ceat ejus inclinatio non autem  
vice versa. Testatur hoc pri- Gen. 3.  
mæ familiæ ordinatio ac dispo-  
silio, quæ fuit ad modum mo-  
narchiæ imperium obtinente  
viro ad imaginem monarchæ,  
qui unus & dominus & caput  
reliquis omnibus subditis ac  
parentibus. Et justum hoc ef-  
se suadet imbecillitatis fæmi-  
næ

Hy-  
re-  
Caf-  
fi-  
tio  
hec  
ni-  
ac  
um  
na-  
nu-  
li?  
o-  
ge-  
nas  
le-  
u-  
Et

August.

neæ argumentum. Adam per Hevam cum sit deceptus, non Heva per Adamum, quem vocavit ad culpam mulier oportet ut eum gubernatorem assumat, ne iterum feminea labatur facilitate. En propter Apostoli mandato caput velare jubetur ut ostendatur subiecta, ac prævaricationem fateatur quæ per eam est inchoata. Ipsa pomi illecebris, externa pulchritudinis gratia ac diaboli suasu fuit decepta, neque sane vir decipi potuisset, vel pomi intuitu, vel serpentis promissis, verum sola uxoris charitas eum miserum pertraxit ad obsequium illud perniciosum. Hinc illa quæ præcessit ad exitium maximis passibus, jam sequitur ad pietatem ac ad salutem verum imparibus. Neque ratio est obscura, illi enim

nim

nim cui præcipue imago Dei  
 competit, conceditur in pie-  
 tate progressus, verum videtur  
 vir ille unice ad similitudinem  
 Dei conditus, ex quo cæteri,  
 quasi ejus vicarii oriuntur.  
 Quod sacra innuit pagina ex-  
 fertis verbis Deum fecisse ho-  
 minem, & ad imaginem fe-  
 cisse eum: cui adstipulatur di-  
 vus Paulus, vir quidem inquit  
 non vela caput, quia est ima-  
 go & gloria Dei. Mulier au-  
 tem ideo velat quia non est i-  
 mago & gloria Dei. simile  
 quid Plato designare voluit in-  
 volucris fabularum, com-  
 monstrans animas virorum ef-  
 se longe nobiliores, eorum-  
 que corpora feminarum, si  
 viri, inquit, juste vixissent, in  
 cognatum astrum redibant, ac  
 super eo vehebantur, si vero ab  
 injustitia superarentur, secunda  
 gu-

Gen. c. 1.

Alcious de  
Dogm.  
Plat.  
cap. 15.

Albertus Ma-  
gnus in  
poste  
cap. 213.

In 2.  
Phyf.  
tract. 1.  
c. 5.

gubernatione in vitam feminæ migrabant, & si nondum cessassent in brutorum denique naturam transformabantur. O pessimam virorum conditionem & pœnam in fœminas si detur animarum transmigratio! unde colligimus divinum illum Platonem medias locasse fœminas inter homines & bruta animalia. A qua sententia non multum abit Peripateticorum schola præeunte Peripato. Fœmina vere defectus in natura quæ solum generatur propter materiæ inæqualitatem. Unde fœminam facere nunquam intendit natura particularis, sed procedit ex corruptione alicujus principii naturalis, natura enim particularis semper opus perfectum id est marem facit.

Adde 2. colligi ex eo feminarum

narum sexum esse sequiorem,  
 quod in pœnam hominum sit  
 ac totius generis humani exi-  
 tium si mulier aliquam nactus  
 sit auctoritatem, vel ad sum-  
 mum gubernationis evecta fa-  
 stigium, quod pro indicio ex-  
 tremi indicii adfertur à Sibyl-  
 la libr. 3. oracul. fœminam im-  
 perium obtenturam, quasi na-  
 turalis ordo inversus ac im-  
 mutatus omnium minetur re-  
 rû interitum nec sacra pagina  
 filet, quæ vindicem Dei ma-  
 num suo ad esse populo de-  
 monstrat fœmina si præsint. Po- Esa. 3.  
 pulum meum inquit Deus,  
 exactores sui spoliaverunt, &  
 mulieres dominatæ sunt eis.  
 Adde 3. quod profanis fue-  
 rint accomparatæ, adeo ut  
 quemadmodum dicitur, pro-  
 cul procul este profani, etiam  
 diceretur, procul estote fœmi-  
 næ,

Varro  
lib. de  
re rust.  
c. 83.

Canon  
44.

Autor  
Levinus  
Lem-  
nius.

næ, earum enim negotium in publicis negotiis ac sacratis Deo infaustum habebantur teste Varrone, mulier cum probus votum fit, ad eam rem divinam ne ad sit neve videat quomodo fiat, quasi oculis suis invidis fascinaret sacrificium quod aspiceret. Ita prohibet concilium Laodicensium ne unquam mulieres ingredi- antur ad altare in quo similes hæreticis.

Adde 4. Mulieres omnia inficere quæ attingunt quod oritur ex quadam intemperie, ac natura venenata, certe nux muscata si à muliere excrementosa portetur, exsucca, cariola, levis, coloreque squalido ac nigricante redditur, odorifera multa vestibus si conserventur muliebribus odorem amittunt ac corrupuntur

puntur teste experientia quoti-  
 diana, & hanc rationem ef-  
 se puto cur secundum mo-  
 res nonnullarum gentium, id  
 tanquam impurum habeatur  
 atque infectum, quidquid at-  
 tingerent mulieres, sive quid-  
 quid illarum manibus fuerit  
 suffocatum. Ne vero vobis  
 fabulam dicere videar en te-  
 stem Sigismundum in Mos-  
 covia, inquit, si mulieres viris  
 absentibus & servis forte gal-  
 linas jugulare volunt stant præ-  
 foribus, tenentes gallinas aut  
 aliud quoddam animal & cul-  
 trum, ac prætereuntes viros ut  
 ipsi interficiant, rogant, nec  
 figmentis ad scribendum quod  
 circumfertur, de mulieribus  
 menstruosis, quæ si in speculis  
 valde nitidis inspiciunt ejus  
 superficiem inficiunt, ut nu-  
 bes sanguinea conspiciatur, &

Sigism.  
 in com-  
 rerum  
 Mosco-  
 vit.

Aristot.  
 de com.  
 cap. 2.  
 Firm. de  
 vita cæ-  
 litus  
 compa-  
 randâ  
 lib. 3.  
 c. 16.

B

si

si novum sit speculum non facile est abstergere hanc maculam quicumque igitur fæminarum consortia frequentatis, vobis consuletis si lauri folia vobiscum sumpseritis ne unquam mala illa intemperies ac vis venenata partibus noceat.

*Fæminæ nullius pretij Omnium incapaces.*

Tanta in æstimatione fæminæ dicuntur apud quosdam fuisse inter veteres, ut eas è Politiâ eradicandas censerent. Diogenes certe hoc unicum exoptavit, etiam modum ac medium id executioni mandandi ostendit, cum enim ab arbore suspensam videret mulierem. Utinam inquit omnes arbores tales fructus ferrent nos tamen paulo mitius, qui ut eas tanquam mala inevitabilia

lia

lia in republica tolerandos  
 censemus ita eas nullo in pre-  
 tio monemus habendas, sua-  
 det hoc multarum gentium  
 Praxis & consensus. Apud  
 Russios inter famularum re-  
 putantur gregem, talem in  
 modum fustibus dedolantur  
 nodosis, ut se non amari à ma-  
 ritis arbitrentur si subinde ver-  
 berum intermittantur vices. Ac  
 olim apud Barbaros fæmi-  
 nam & servum eodem habi-  
 tum gradu testis Aristoteles,  
 & sanè si forent ullius pretii  
 fæminæ, primo mores earum  
 considerarentur ac personæ  
 verum è contrario quia unum  
 excrementum per aliud pur-  
 gatur & melioretur, dos prius  
 deinde mores considerantur  
 Vide Plaut.

I. Danc-  
 aerts in  
 descript  
 Moscov.  
 Arist. 8.  
 Ethic.

*Dum dos sit, nullum vi-  
 tium vertitur vitio.*

B 2

& Satyr.

Protinus ad censum de  
moribus ultima fiet.

Quæstio - - - - -

I. fami-  
næ §  
ceteri  
Dig. de  
hæred.  
qual. &  
diff. §.  
Sigism.  
inst. de  
patr.  
potest.

Eas vero esse incapaces ex eo  
patet quod indignæ habeantur  
quarum potestati liberi sub-  
sint, qui ideo nunquam matris  
verum semper patris sequun-  
tur familiam, & cum sine  
matre plerunque dicamus fi-  
lium nunquam tamen sine pa-  
tre eum dicimus vide Horat.

*Est in juvencis est in Brutis  
patrum virtus.*

Omissa matris appellatione  
quippe quæ nihil habeat juris  
in liberos: quod non sine ra-  
tione observavit Heraclides  
Pontinus in allegoricis Ho-  
mericis, Homerum solitum  
uti Epithetis patronymicis à  
patre, ex materna vero stirpe  
deducta apud eum nusquam  
reperiri. Adde

Adde 2. masculos descen-  
dentes ex masculis excludere  
masculos descendentes ex fæ-  
minis quinimo nepotes ex filia  
filii excludunt generaliter ne-  
potes fæminarum, utpote qui  
ab incapaciore sexu ortum tra-  
hunt.

Cal. in l.  
illam de  
collat.

Boët.  
decif.

142. n.

17. ex A-  
lex Bal-  
dus in

Auth. fæ  
quas

ruinas

Cod. de  
sacrof.

Eccles.

Adde 3. eas nihil potuisse  
nec posse sine mariti authori-  
tate agere nec legitime obstrin-  
gi ita enim Cato loquitur:

Majores nostri nullam ne pri-  
vatam quidem rem agere fæ-  
minas sine authore voluerunt,  
in manu esse parentum fra-  
trum virorum. Quæ autho-  
ritas hodie non solum ad actus  
solemnitatem pertinet verum  
ad requisitam contractus legi-  
timationem atque personæ ha-  
bilitatem.

Cato  
cens. in  
orat. pro  
leg. opia-

Burgūd.  
tract. 1.  
ad Con-  
suet.

Fland.

Adde 4. eas olim dijudica-  
tas incapaces adeundę heredi-  
tatis

B 3

tatis

Cic. lib.  
de sen.

tatis idque lege Voconia,  
quam se suasisse magna voce  
ipse Cato commemorat cuius

Cic. l. 1.  
in Verr.

& legis sensum refert Cicero  
exfertis verbis: Voronius in-

Cic. O-  
rat. pro  
Balb.

quit, sanxit, ne quis in poste-  
rum virginem neve mulierem  
hæredum faceret, nihil enim  
utilius (ut loquitur sextus Cæ-  
cilius) hoc plebiscito de coer-  
cendis mulierum hæreditati-  
bus ne scilicet nimium in viros  
forent imperiosæ. Quod ve-  
ro hoc corrigere voluerit Im-  
perator Justinianus ineptum  
est, quasi illud esse injuriosum,  
aute eum non vidissent tot viri  
graves ac prudentes, nec un-  
quam observassent. Verum  
hoc condonandum effiminato  
isti imperatori, qui hoc ipsum  
non tam proprio sensu dictan-  
te, quam quidem uxoris The-  
odoræ instinctu correxit.

Fa-

*Fæminarum Dolus.*

Quemadmodum Deus prudentiam habere concessit viris: ita malitiam & dolos invenire dedit mulieribus; quarum artes dicuntur esse veneficia, fraudes, magicæ vanitates, mala medicamenta, decipula adeo ut eleganter Propert.

Scho-  
liast.  
Eurip.  
in Hipp.

*Sed vobis facile est verba etiam componere fraudes.*

Pro-  
pert. l. 2.  
eleg. 7.

*Hoc unum novit fæmina  
semper opus.*

Etenim semel decepit mulier maritum, nostro cum damno etiamnum decipit multorum malo, quis igitur unquam tutus erit? fateor & cuperem nimium credulus memet illarum fidei committere, verum (pudet dicere) Tragica exempla docuere nullam satis fidem cui tuto fidas. Quid quod

B 4 ple-

pleręque cum viros a se impu-  
 dice appetitos ad restinguen-  
 dum libidinis ardorem flectere  
 nequissent, calumniatę sunt,  
 non aliter ac si earum pudici-  
 tia ab iis fuisset attentata, cujus  
 rei testimonium præbet sacra  
 de Iosepho historia, qui sæpius  
 ab hera attentatus, & tamen  
 sua innocentia seduci nescius,  
 structis ab ea apud maritum  
 suum dolis, vitę maximum  
 adiit discrimen, nec silent pro-  
 fana scripta exemplorum lege-  
 tem suppeditantia. Hippolytū  
 vitę, redonarum ferunt ab Æs-  
 culapio Apollinis filio, ex eo  
 quod ejus casum Diū misere-  
 rentur, cum eum improbe à  
 noverca Phædra accusatum  
 scrirent, quę, postquam ejus  
 pudicitia verborum lenociniis  
 frustra insidias fecisset, spre-  
 ta tali modo, marito persuasit,  
 eum

eum sibi vim inferre voluisse.  
 Tenni Cyeni filio idem acci-  
 dit, spreta Peribęa noverca,  
 quę cum eo de stupro contu-  
 lerat, etiam Bellerophonti  
 eodem prope modo perduto  
 ab Antęa Pręti uxore, ac Pe-  
 leo ab Hippolyte uxore Arasio  
 Hippodamia quoque cū eam  
 aveheret Pelops, siti aliquando  
 correpta fertur, verum subdo-  
 le, ut Pelops aquam haustus  
 descenderet cum enim aquę  
 causa descendisset jamque  
 longius à curru abesset sollici-  
 tare cepit Myrtilum Aurigam,  
 qui cum morem gerere nolu-  
 isset accusatus est apud rever-  
 sum Pelopem quasi uxoris ejus  
 attentasset pudicitiam, quem  
 Pelops indignatus in vicinum  
 projecit mare ex ipsius nomi-  
 ne Myrtoum dici cęptum cui  
 non dissimile est illud Faustinaę,

B. 5

Maxi-

Maximiniani filia Constantini  
Magni uxoris quæ ad eo acer-  
be Crispum privignum suum  
accusasse fertur apud maritum  
ut eum, imperator cetera op-  
timus morte multaverit, qui  
tamen postea veritate cognita  
de uxore sumpsit supplicum.  
Quid quod delectetur hoc  
pessimum animantium gentis  
dolose oblata occasione mari-  
tum tractare cuius rei insigne  
indicium ac satis bellum refert

Apul. l. 9  
Miles. Apulejus de quadam quæ  
præsente marito se passa fue-  
rat futuari cum enim illa ma-  
ritum capite in dolium demis-  
so, candela adhibitâ ut testâ  
dolium purgaret, meretricio  
astu ludicre tractaret, hoc &  
illud rursus digito purgandum  
demonstrans Pusio ille bellif-  
simus, uxoris adulter incurva-  
tus inclinatam dolio pronam

UXO-

uxorem fabri secure dedo la-  
bat, aliud artificium mulieris  
describit Martialis.

*Qua mæchum ratione ba-  
siaret*

*Coram conjuge reppetit fa-  
bulla.*

*Parvum basiat usque mo-  
rionem*

*Hunc multis rapit osculis* Mart.  
lib. 12.  
epig. 96.  
*madentem,*

*Mæchus protinus & suis  
repletum,*

*Ridenti dominæ statim re-  
mittit,*

*Quanto morco major est  
maritus?*

Quid quod maximum, etiam  
insidias struant ac intendant  
sæpissime propriis liberis, lautæ  
hereditatis avidæ vos ergo.

*Pupilli moneo quibus am-  
plior est res,*

*Custodite animas & nulli  
B. 6 credite*

Juv. Sa-  
tyr. 6.

*credite mensæ,  
Livida materna fervent  
adipata veneno,  
Garrulitas fæminarum.*

Plaut.  
in Au-  
lul.

Sapiens ille è Phrygia fabula-  
tor, salubriter monens ita præ-  
cipit mulieri nullatenus arca-  
na concredito, leve est enim  
genus fæminarum, quod &  
in veteri verbo verum: mulieri  
nec gremio quicquam credi  
oportere, quod & illa incerti  
animi sit: & plerumque in  
gremio posita, cum in obli-  
vionem venerint exsurgen-  
tium, procidant. Neque hoc  
de se diffitetur illa Plaut. lo-  
quaces merito omnes habe-  
mus, nec mutam profecto  
ullam repertam esse hodie di-  
cunt mulierem ullo in seculo.  
Item in Cisellaria sub fæminæ  
persona: Largiloquæ exemplo  
sumus plus loquimur quam  
fors

fors est. Proinde Portius Ca-  
 to non immerito inter ea,  
 quorum pænitudine ducebatur  
 hoc unum retulit quod ar-  
 cani quid fæminæ aliquando  
 credidisset, & sane multa sunt  
 in natura ac ratione quæ hoc  
 suadent. Quid enim aliter de-  
 signant nomina partium orbis  
 terræ desumpta à fæminis, ut  
 Asia à Nympha, Europa ab  
 Agenoris filia, Libya ab Epapsi  
 filia, nisi quod fæminæ sua  
 garrulitate ac jactantia totum  
 impleant terrarum orbem. Et  
 memoratu dignum est quod  
 secundum Democritum re-  
 ferunt, mulierem in somnis  
 patrata narrare facinora, si lin-  
 guam ranæ aut anatis sylvestris,  
 bubonisve noctivagi super re-  
 gionem cordis illius apposue-  
 ris, ibique immorari permise-  
 ris donec incalescat, quæ res  
 ideo

ent  
 la-  
 ræ-  
 ca-  
 nim  
 &  
 ier  
 edi  
 erti  
 e in  
 bli-  
 en-  
 hoc  
 lo-  
 be-  
 cto  
 di-  
 ilo.  
 næ  
 plo  
 am  
 ors

Miral.  
cent.

ideo in mulieribus potius quam viris locum habet, quod natura ad loquendum & respondendum sint promptæ, & jam dicta animalia summe garula etiam per noctem in hoc cum mulieribus symbolizantia. Et hanc rationem inter alias referunt Iurisperiti, quas adducunt cur fæminæ priventur feudis: quia sunt incapaces propter periculum evitandæ evulgationis secreti, quæ omnia sunt discrepantia à natura feudi. Ex hoc vitio originem illud apud Romanos traxit ne vini custodiam haberent fæminæ nec vinum biberent: metuendum enim foret ne omnia proderent etiam secreta thori, quod certe verissimum in nostratibus mulierculis quæ in puerperio vicino hilariores solito ac plus nimium

um

um vino madidæ nihil aliud  
 oggannire invicem confuerunt  
 quam coitus virorum suorum  
 ac concubitus. Et cur conti-  
 nuo Apostolus Paulus hoc in-  
 culcasset, ac ingessisset mulie-  
 ribus ut vivant in silentio, ut  
 taceat, nisi quia is sexus vitio  
 loquacitatis est obnoxius.

*O felices igitur terque bea-  
 tas cicadas.*

*Quarum feminus vocis ni-  
 hil in est.*

*In constantia & infidelitas  
 feminarum.*

Est in veteri dicto, ratione &  
 experientia firmato: Mulieri  
 ne credas ne mortuo quidem  
 nulla etenim dui pondus habet  
 in decretis ejus in est Eurypus,  
 cogitata indiem, in horam i-  
 mo quovis temporis momen-  
 to, mutabilia, & cum nihil  
 minus tutum undâ marinâ, ea  
 tamen

Xenar-  
 chus in  
 somno  
 apud A-  
 then.  
 lib. 13.

tamen fæminea fide longe tu-  
 tior. Ex amicissima fit infen-  
 sissima, ejusque amor qui vi-  
 detur torrentissimus, in odium  
 internecinum de repente con-  
 vertitur, non aliter à Heliotro-  
 pium ad solem quotidie sese  
 obvertit: ita femina sequitur  
 ductum mobilium suarum  
 cogitationum. Iam alliciet,  
 mox expellet, rursus volet,  
 tandem nolet, adeo ut quis  
 Tantalifortem exoptare malet,  
 quam ita ab illa ludificarier  
 quod Perf. Satyricus.

Perf. sa-  
 tyr. 6.

— — — — — mox regna re-  
 linquit,  
 Permutatque domos &  
 flammea conterit: inde  
 Advolat, & spreti repetit  
 vestigia lecti,  
 Sic crescit numerus sic sunt  
 octomariti,  
 Quinque per autumnos: ti-  
 tuo

*tulo res digna sepul-  
cro.*

Atque hæc est una illarum ra-  
tionum, quam Baldus aliique  
adferunt cur fæmina excluda-  
tur à successione feudorum.

Propter, inquit, voti lubrici-  
tatem, quod ter mutatur in ho-  
ra, non ergo injuria jure utili  
ab accusandi officio mulieres

l. de cri-  
mine  
Cod. qui  
accusar.  
nō poss.

arcentur. Accusatorem enim  
fixum verumque esse oportet,  
nec variantem, nec desisten-  
tem ab instituta accusatione.

l. 1. & 2.  
Dig. qui  
accus.

Ne ita earum à quibus exigitur  
testimonium fides vacillet, ve-  
rum mulierem natura varia &  
mutabilis, quarum voluntates  
Diocletianus & Maximinianus  
vocant momentaneas.

l. 1. ad  
Senat.  
Turpill.

Cic. 1.  
in verr.  
l. 1. Dig.

de test.  
Capfo-  
rus de  
verb.

sign. in  
l. filia

Neque est quod quisquam  
objiciat, eas ad suas suorum-  
que injurias prosequendas ad-  
mitti; Præterquam enim quod

inorbi-  
tate  
Cod. de  
moff.

testam.

hoc

hoc speciali favore earum sit  
introducendum, poterit respon-  
deri, eas ideo admitti, quam  
non facile sunt destituturae ac-  
cusationem, quippe quae te-  
naces sunt memoria injuria-  
rum, & vindictae summopere  
cupidae.

Neque quicquam juvat ex-  
emplis bonarum viam sterner-  
e, quibus haec bene successer-  
unt: quum talia sint inter ad-  
miranda naturae constituenda,  
ac rara verum ea non semper  
debent observari quam quae  
raro fiunt legem non meren-  
tur, unde etiam placuit jurif-  
consultis, mulieri non esse  
dandam fidem dicenti se fuisse  
stupratam vel raptam ab ali-  
quo, nec creditur ei quae dixit  
ab aliquo sibi mortis etiam vim  
illatam, nisi aliis id ipsum suspi-  
ciatur probationibus sicut nec  
cre-

Fig. 1. 3.  
4. 5. D.  
de leg.  
Nicol.  
Boel.  
decif.  
299.

Vep. 1. 3.  
§. 1. ad  
Senat.  
Syll.

creditur juramenta vel asseve-  
 rationi mulieris sine alia pro-  
 batione asserentis, virum in  
 eam confensisse per verba de  
 præfenti, quæ omnia ut bono  
 fine introducta jure civili ad-  
 versus mulieres, ita eodem ju-  
 re præcipitium inconsideratæ  
 voluntatis mulierum aliquod  
 habet remedium quale est  
 Privilegium Senatuse. Vel-  
 leani, ne ita sexus muliebris  
 fragilitas in perniciem substan-  
 tiæ earum convertatur.

Mulier  
 c. 34. de  
 jureju-  
 rando,  
 lib. 2.  
 Decret.  
 tit. 14.

§. 1. inst.  
 quibus  
 alien. li-  
 cet vel  
 non.

*Fœmina impotens animal  
 ac imbelle.*

Olim longe erat iniquius in-  
 terfecisse mulierem quam vi-  
 rum, quia mulier imbecillior  
 est sexus, ac infirmior ad sui  
 defensionem quippe quæ me-  
 tu nimio vel levi in pericula  
 correpta, non est sui compos  
 verum

Arist.  
 Probl.  
 Cert. 29.  
 text. 11.

verum infantulis similis trepidat ad levis notæ arundinis umbram. Atque hæc fuit ratio cur non licuit magistratibus secum suas ducere uxores ita Taciti Severum Cæcinnam censuisse, ne quem magistratum cui provincia obvenisset, uxor comitaretur, addit rationem: haud enim frustra placitum olim ne fæminæ in focios aut gentes externas traherentur; inesse mulierum comitatu, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur. Adde quod non solum pavidiores fæminæ verum etiam impotentiores manibus, adeo ut sæpe illicitis mediis mortem sibi intentent. Hæc suspendio vitam finit, hæc speciem inanem mucronis ingerit, illa cavos amnes rupemque fragosam in sui vocat adjumentum. Alibi Phædra

Tacit.  
ann. 3.

Arist. l. 9.  
anim.

Arist.  
Polit.  
l. 2. c. 4.

Phædra

dra laqueo se perimit, Dido a-  
 libi necem sibi gladio con-  
 sciscit. Here se præcipitem  
 dat è turre festiaca Sappho ex  
 petra leucate defilit, Spyche Apul.  
lib. 6.  
Milesi  
 desperabunda de ingentis alti-  
 tudinis turri jam desieiffet, ni  
 voce quadam revocante fu-  
 isset inhibita. Et apud Horat.  
 Puella Europe de mortis ge-  
 nere eligendo desperanter a-  
 gens sic ait.

*Quid mori cessas? potes hac  
 ab orno.*

*Pendulum zona bene te se-  
 cuta,*

*Cedere collum.*

*Sive te rupes & acuta le-  
 tho,*

*Saxa delectant age te pro-  
 cellæ,*

*Crede Veloci.*

Scilicet mulieres nullum in vi-  
 ta servare possunt modum  
 appe-

appetitus subditæ, rationibus  
 obluçantur. Res semel appre-  
 hensas, ob ingenii imbecillita-  
 tem obfirmata fovent pertina-  
 cia plerumque affectus susci-  
 piunt facilius tenacius servant  
 difficilius deponunt atque eji-  
 ciunt. Aut vehementer amant  
 aut odio habent extreme, ni-  
 hil illis datur tertium ut ait Mi-  
 mereus. Extrema tantum pro-  
 sequuntur eaque cupide, ut  
 neque ob ea liberis propriis  
 parcant, quemadmodum Tra-  
 gici nos docent exemplo Me-  
 deæ. Domi si contineantur, ac  
 coerceantur canum instar ra-  
 bidorum furunt, si licentia eis  
 concedatur, sævæ sunt ambi-  
 tiosæ, avidæ potestatis, adeo  
 servare non sciunt auream il-  
 lam mediocritatem, ut si om-  
 nia eis à viro concedantur, plu-  
 ra sint petituræ. Neque sibi  
 un-

unquam sinunt imponi modum, instar equorum effræntorum ruentes in præcipitum. Id quod Cato dixit in orat. pro leg. Oppio: Date frænos impotenti naturæ ac indomito animali, & sperate ipsas modum licentiæ facturas insivos facitis, & paulo post: omnium rerum libertatem, imo licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. Quid? si capere singula & extorquere viris patiemini tolerabiles eas fore creditis? ex templo simul pares esse cæperint superiores erunt. Nihil ergo præstantius, quam ut earum desideria subigantur virorum arbitriis, ut sciant ac sentiant hoc unicum esse officii viris subjacere.

*Mollis*

ibus  
pre-  
lita-  
ina-  
ulci-  
vant  
eji-  
nant  
, ni-  
Mi-  
pro-  
, ut  
priis  
Tra-  
Me-  
ar, ac  
r ra-  
tia eis  
ambi-  
, adeo  
am il-  
i om-  
, plu-  
ne sibi  
un-

*Mollities fæminarum.*

Cast. li.  
de opi-  
fic. Dei.  
Arist.  
1.9. Hist.  
animal.  
cap. 1.

Herod.  
lib. 2.

Quemadmodum vir à vi & virtute nomen accepit, ita mulier secundum Varronem à mollitie dicta. Natura enim molles edidit mulieres, imbecilliores animi & unium, minusque esse animosas. Vide autores quando notare volunt mollitiem & segnitiem militum eos vocant muliebres. Ita Ennius O juvenes, animos geritis muliebres. Ita Sesostris Rex Ægyptiorum, si quas gentes nullo negotio & incruento devicisset certamine, cippos erigebat, quibus muliebria adsculpebat genitalia, significare volens, eos esse effæminatos, & prorsus ignavos. Ad bella propterea inidoneæ, armorum tractandorum ignaræ, quemadmodum enim natura  
pru-

prudentiam habere concessit  
 viris, ita illis loco prudentiæ  
 decoram dedit formam, ac  
 pro parmulis, cunctis, lane- Anacr.  
de mu-  
lier.  
 isque, debellare viros gratia,  
 ac decore, cui cuncta vult ce-  
 dere Anacreon ille effæmina-  
 tus. Quis igitur modus pu- Terent.  
in Eu-  
nuch.  
Lucret.  
 gnæ muliebris, quæ arma? o-  
 culos alicui eruere, in capillos  
 involare, scalpere, mordere  
 armis illis antiquis, manibus,  
 unguibus, dentibus. Ideoque  
 Venerem increpat Iupiter  
 cum prælio excessisset vulne- Homeri  
Iliad. 5.  
 rata.

*Non tibi nata datum stu-  
 dia aspera tangere belli.  
 Tu blandos cura Thala-  
 mos.*

Et sapienter sapientissimus ille  
 Salomon, manum mulieris  
 non mittit ad hastam, aut glo-  
 bulos, verum ad fortia, & ad

C

fu-

fusum. Hæc earum sunt insignia hæc trophæa his gaudent, ac gloriantur. Quod Hypemnestra fatetur.

Ovid. in  
Hypem-  
nestra.

*Fæmina sum, & virgo, natura mitis, & armis,*

*Non faciunt molles ad  
fera tela manus:*

*Quid mihi cum ferro, quid  
bellica tela puellas,*

*Aptior est digitis lana,  
colusque meis.*

Cyrus & Lydis iterum deficientibus, per Maranem subactis arma, & equos ademit, vestitumque muliebrem gestare coëgit, & ita tenere, aut psallere, ut ita ex strenuissimis molles & effeminati redderentur. Non est igitur quod vereare adolescens, si tibi bellum cum fæminino sexu sine fecialis missione indictum sit, sed bellum, & ictum in adversum diri-

dirigo, nec unquam terga verte,  
 te, nunquam succubiturus. Ne  
 cessa cominus aggredi, impa- Claud.  
 cata licet sæviat unguibus, ut Fescen.  
 alibi Claudianus loquitur. IV.

*Imprudencia feminarum.*

Bolognius in statutis conden-  
 dis non vult adhibendum mu-  
 lierum consilium, quod in illis  
 nulla resideat prudentia, &  
 male à mulieribus civitatem  
 regi dixit Aristoteles, eo quod Arist.  
 consilium earum sit invali- polit. 2.  
 dum, qua de ratione jus civile Idem  
 illis ea etiam interdixit officia, polit. 1.  
 quæ sunt authoritatis, & utili- l. 2. D. R.  
 tatis publicæ. Immo quod I. l. pen.  
 magis, a iudicio dicendo, ut a- D. eden.  
 libi loquitur Paulus Iuriscon-  
 sultus, deturbabantur, ex eo I. cum  
 quod mente carerent. Atque prator  
 hac de ratione ad notatum D. de  
 iudici.

Annali illud Heliogabali

C 2

tan-

In frag-  
mentis  
Meand.

Lam-  
prid. in  
Heliog.

tanquam inauditum, scilicet, cum in consilium nunquam foeminam admiseris, quod tamen ipsius mater Semiamurica in Senatum fuerit admissa, quam etiam sententiam rogari iussit, permisitque prius eam conventum habere mulierum. Unde prodire senatusconsulta satis ridicula, de legibus matronalibus, quæ & quo vestitu incederent, quæ, & ad cuius osculum venirent, & quæ sunt hujus generis alia. Verum Heliogabalo cum matre necato, cautam ne unquam Senatum mulier ingrederetur. Utque diis inferis caput ejus foret devotum, cuius auspiciis id esset factum. Nec aliud designare voluit veneranda illa antiquitas, sub fabula Minervæ deæ, ex vertice patris natæ, sine ullo matris auxilio, quam quod

quod fæminæ nihil ad confi-  
 lium, sapientiam, providen-  
 tiam conferant, nec ex iis un-  
 quam homo perfectæ sapien-  
 tiæ possit procreari. Quod  
 versu digno memoratu ali-  
 quis ita.

*Hinc de patre ferunt sine* Martia-  
*matris fædere natam,* nus.

*Provida consilium quod*  
*nescit curia matrum.*

Quod testatum fecit Comi-  
 cus, dum eis cor non habere  
 dicit, quod est non habere sa-  
 pientiam ita loquitur

*Eam des, quæ sit quæstiosa,* Plaut.  
*quæ alat corpus corpore,* Milit.  
*Cuique sapiat pectus: nam* Act. 3.  
*cor non potest, quod mu-* scen. 1.  
*la habet.*

Finio illo dicto fatis lepido  
 vulpeculæ, in fabulis. O pul-  
 chrum caput cerebrum si mo-  
 da haberes.

C 3

Si-

*Simulatio fæminarum.*

Etiam si mulieribus nulla ad-  
in, quæ prodesse possint, ta-  
men hoc eis adest, vitia, ac  
flagitia, ea, quæ volunt, quasi  
nolint astute, dissimulare. Vi-  
deri cupiunt & tamen recessus  
quærent, id quod negant, a-  
junt, & eo impensius negant.  
Prodeunt, ac si spectatum ve-  
nirent, cum hoc unicum in-  
tendant, ornate ut spectentur,  
quæ Graphice in puellis depin-  
xit Poëta, sub persona Gala-  
thææ.

Virg.  
Eclog. 3.

*Malo me Galathea petit  
lasciva puella,  
Et fugit ad salices, & se cu-  
pit ante videri.*

Et alius argute hoc epigram-  
mate, quod huic rei applica.

*Insequeris fugio, fugis inse-  
quor, hæc mihi mens est,  
Velle*

*Velle tuum nolo Dyndine,  
nolle volo.*

Hoc vero vitium præcipue apparet circa corporis tegumenta, simulato suffusæ pudore, si modo speciem pudoris habeant, membra teneri corporis agilia tegunt, ita tamen ut nudatæ quibusdam locis conspiciantur, quo gratia aliquarum partium oculis aspicientium exposita, occulta quadam vi trahat ac attrahat, & ut quondam serico tenui matronæ ve-  
Claud.  
 labantur Romanæ; ita vestuntur nostræ vitteis quibusdam vestibus, si modo vestes vocandæ sunt, quibus nihil quo de-  
Sen. l. 7.  
de be-  
nef. c. 9.  
 fendi aut corpus aut pudor possit, tegitur ergo corporis nuditas, & tamen transparet, occultatur, ita tamen ut cuivis eam intueri fuerit facile. Ut

C 4

Com-

Mart. l. 8.  
Epigr.  
68.

*Condita perspicua vivit  
vindemia gemma,*

*Et tegitur felix, nec ta-  
men uva latet:*

*Fæmineum lucet sic per  
Bombycina corpus.*

Cujus argumenti descriptio-  
nem adeo eleganter exhibet  
Apuleus, ut ne pictor quidem  
penicillo elegantiosem: erat in-  
quit virgo nudo, & intecto  
corpore, perfectam formosi-  
tatem professa, nisi quod te-  
nui pallio Bombycino specta-  
bilem inumbrabat pubem,  
quam quidem laciniam curio-  
sulus ventus satis amanter,  
nunc lasciviens reflabat, ut di-  
motâ pateret flos ætatulæ,  
nunc luxurians aspirabat, ut ad-  
hærens pressule membrorum  
voluptatem Graphice lacinia-  
ret. Ita certe si liceret obam-  
bularent puellæ quædam no-  
strates,

strates, quas nec pudor nec  
 modestia refrēnat, verum lex,  
 hoc tamen agunt veste qua  
 bombycina, vel tenuissimo  
 quo velamine, ut mamillas  
 floridas ac primum sororientes  
 non tam tegunt, quam qui-  
 dem parum inumbrent. Dein-  
 ceptis lachrymis illas ludere ac  
 simulare manifestum; non ali-  
 ter ac tragædi coturno suo,  
 crocodilinas illas rebus etiam  
 lætissimis ac supra modum  
 exoptatis adhiberi ut pluri-  
 mum videbis. Adest persona-  
 ta quæ humidis superciliis su-  
 am deflet virginitatem, non a-  
 liter ac si parentum lugeret

Non  
 Dionn.

C 5 mum

mum etiam gratum leonis in-  
star mansuetem reddit, ac si  
esset ovis: tertia adest in om-  
nem apta eventum, ut si plo-  
rare conveniat, ploret, sin mi-  
nus, falsas illas guttulas inhi-  
beat, de qua Satyricus.

Juven.  
Saty. 6.

- - - *ficta pellice plorat,*  
*Uberibus semper lachry-*  
*mis, semperque paratis,*  
*Instatione sua, atque expe-*  
*ctantibus illam,*

*Quo jubeat manare modo.*

Euryp.  
Hypp.  
vers. 414.

Verum odi eas pænæ instar in-  
fernalis, aliud quæ in pectore  
condunt, & aliud fronte si-  
mulant, ac voce proloquun-  
tur: eas vero magis, quæ pa-  
lam verbis quidem sunt castæ,  
clam vero audacia facinora,  
non honesta patrant.

*Impudicitia feminarum.*

Quum in sexu fæminino the-  
saurus,

faurus, quo nullus est pretio-  
 fior, ipsa sit pudicitia, ac casti-  
 tas, eam sertam tectam con-  
 servari oportet quod solers  
 ille Phidias, ambage tacita in-  
 nuit, dum Palladis simulacris  
 draconem apponere consue-  
 verat. Pervulgatum enim id,  
 adytorum thesaurorum cu-  
 stodiæ præfici dracones. Verū  
 proh dolor, si alicujus rei fæ-  
 mine sunt negligentes, revera  
 erunt pudicitia. Hoc enim  
 illis est in more impudica mul-  
 ta agere, impudice etiam lo-  
 qui, nec major illis est volu-  
 ptas quam nihil sani invicem  
 loqui. De factis impudicis  
 quid referam? plena est ex-  
 emplorum vetustas, plena no-  
 stra ætas, & ut ab antiquo illo  
 seculo ordiar, pudet referre  
 libidinosæ Ledæas Lacedæmo-  
 nis palestras, ubi nude puella-

Cæl.  
 Rhod.  
 lib. 10.  
 antiq.  
 c. 3.

Eurip.  
 in An-  
 tiop.

Mart. l.  
 iv. Epr.  
 55.  
 Ovid.  
 epist. 15.  
 Plaut. in  
 Lycur-  
 go.

C 6

rum

rum grex cum viris solita erat  
nudis luctari, de quo Propertius.

Pro-  
pert. l. 3.  
eleg. 12.

*Multa tuæ, sparte, mira-  
mur jura palæstræ,*

*Sed mage virginæ tot  
bona gymnasi,*

*Quod non infames exercet  
corpore ludos,*

*Inter luctantes nuda  
puella viros.*

Et nota est historia de mulieri-  
bus Cyperiis; quum enim vi-  
ri adversus Astyagē Medorum  
regem infeliciter pugnassent,  
mulieres in urbem fugientibus  
obviam iverunt, ac nudatis  
ventribus, quo inquit igna-  
vissimi ruitis? an nescitis  
vos huc iterum intrare non  
posse, unde semel naturæ lege  
estis egressi. Horrendum et-  
iam, quod de Lydis refertur,  
usu apud eos receptum esse,  
ut

ut virgines corpore questum Herod. lib. 1. &  
 faciant, & meretricentur, ex eo  
 quo ad dotem sibi paraverint. Strabo in fin.  
 Et impudicissimus ille mos, lib. 1 r.  
 quem de Balearium insularum  
 incolis refert Diodor. Sicul. Diod. Sicul hist. Biblioth. lib. 5.  
 in convivio nuptiali necessa-  
 riorum & amicorum quem-  
 que ætate primum, secun-  
 dum, & cæteros, deinceps,  
 cum nova nupta singulatim  
 rem habere solere, donec ad  
 sponsum honor iste tandem  
 ultimum deferatur, cui non  
 multum dissimile, quod Au- Solm. c. 44.  
 gylarum feminis solemne est,  
 ut ea qua nubunt nocte om-  
 nium stupro pateant, qui cum  
 munere advenerint, & cum  
 plurimis concubuisse maximo  
 decori ducant. Et quia femi-  
 næ sua natura proclives ad  
 impudicitiam videbantur, ma-  
 xime solliciti fuere veteres, ut  
 eas

eas conservarent pudicas.  
 Hinc turpe erat eas stare cum  
 juvenibus, ex more instituto,  
 familiariter adblandiri, ne ita  
 earum impudentia nimium  
 promoveretur, ac tandem da-  
 retur dilapsus ad impudicitiam.  
 Verum quam longe lateque  
 deffident illæ veterum curæ,  
 à nostris moribus, ac pravis  
 consuetudinibus. Iam adstant  
 invenibus, arrident sua sponte,  
 non lacescitæ, non provocatæ,  
 nec annuunt invitæ, alliciunt  
 gratiose, inconniventibus pu-  
 pulis adspiciunt, sese ad hoc  
 componunt, ut impudentes vi-  
 deantur esse, obfirmatæ sunt  
 animis, ut oculis irretortis, aut  
 parum immutatis, intuitu con-  
 tinuo quem intueantur, quasi  
 hæc inter decora puellarum  
 reputanda oculorum aciem ju-  
 venum faciæ esse indefinenter  
 in-

infixam, ad eo ut ne in templis  
quidem ab hisce impudicis ab-  
stineat, ita ut credas, plures  
conciones frequentare ut spe-  
ctent, & spectentur à procis,  
quam ut inde aliquid boni si-  
bi reseruent. Verum errant  
omnes istæ insignem errorem,  
quas simili in causa talem in-  
modum reprehendit Tertull.

Indicabunt vos Arabicæ fe-  
minæ, quæ non caput, sed fa-  
ciem quoque ita totam tegunt,  
ut uno oculo liberato conten-  
tæ sint, dimidiam frui lucem,  
quam faciem totam prostitue-  
re. Frustra certe nostro ævo  
Constantinus imperator sol-  
licitus foret pro sexu fæmina-  
rum, cum vix hodierno tem-  
pore tales inveniantur quæ  
non haberent impudentiam  
standi in iudicio. Valeat igitur  
cum suo illo : *fæminas pro-*

De ve-  
land.  
virgin.

*pter*

pter pudorem, & verecundiam  
 earum cætui publico demon-  
 strari non cogimus. Imo bo-  
 ne Imperator, jam alio more  
 ac quidem olim, hodie vivi-  
 tur; cum huic unico studeant  
 nostrates, & hoc ament, cæti-  
 bus publicis, ac conventibus  
 ut demonstrantur, non aliter  
 ac prostibula illa Romæ cir-  
 co nonâ vespertinâ, & ut in-  
 genue fatear, vix minus de qui-  
 busdam è puellarum numero  
 dici poterit, nec minus dicere  
 verebor: quum sæpissime in  
 multas istæ quadrarent notæ,  
 ac indicia quæ olim Iuriscon-  
 sultis erant propria meretri-  
 cum, in seram vesperam in-  
 grediuntur scholares, collo-  
 quia in mediam noctem pro-  
 trahunt, soli alloquuntur so-  
 lam; quod argumentum Bal-  
 dus assumit pro aliqua proba-  
 tione,

In l. ne-  
 que na-  
 tales e-  
 nim l.  
 de pro-  
 cur.

tione, etsi actus non probe-  
tur: quia, inquit, scholaris,  
qui loquitur cum puella, non  
presumitur dicere Pater no-  
ster, concludo hanc materiam  
illo Euripidis. Multæ fuere ca-  
stæ cum tamen revera non  
possent esse castæ.

Eurip.  
in Hip-  
pol.

### *Mulierum Curiositas.*

Aliquid dixisse de mulierum  
curiositate, in presentiarum  
fuffecerit, cum mihi non est  
animus ea in re esse nimis cu-  
riosum, notum recte præcipi  
feminarum gregi ut sua cu-  
rent, & agant; quippe quæ  
facile alienis abripiuntur nego-  
tiis, quæ illas minime spectant,  
relictis interea necessariis, ac  
domi curandis, ut plerumque  
istæ Lamæ foras volunt om-  
nia introspicere, ac domi cæ-  
cutire.

cutire. Atque hanc rationem  
 fuisse existimo, si oedipum hic  
 esse liceat & conjecturam ad-  
 hibere, cur mulieres olim in  
 multis sacris non fuerint adhi-  
 bitæ? ne forte suæ curiositatis  
 ductu mysteria & arcana illa  
 nimis rimarentur. Hinc in  
 quibusdam sacris illa vox li-  
 ctoris exaudiebatur: Hostis,  
 vinctus, mulier, virgo, ex esto,  
 id est, extra esto, quasi nimio  
 investigamine sacra sint prota-  
 naturæ, quæ minime constare  
 oportet. Neque hic quisquam  
 quærat exemplum: id ipsum  
 prebuit satis damnosum, pri-  
 ma omnium viventium mater  
 Heva, quæ pomi desiderio ta-  
 cta, multorum occasionem  
 præbuit exitii. Neque hanc  
 veritatem contaminabit illa sa-  
 tis lepidæ Apulei narratio de  
 Psyche, quæ mente capitur  
 te-

temeraria curiositate, & ecce,  
 inquit, inepta ego devinæ for-  
 mositatis gerula, quod nec  
 tantillum quidem indidem  
 mihi delibo, vel sic illi amato-  
 ri meo formoso placitura. Et  
 cum dicto referat pyxide, nec  
 quicquam ibi rerum, nec for-  
 mositas ulla, sed infernus  
 somnus, ac vere stygius inva-  
 sit eam, ad eo ut immobilis ja-  
 ceret, & nihil aliud quam dor-  
 miens cadaver. Verum Cupi-  
 do accessit, eamque innoxio  
 suæ sagittæ punctulo suscitavit.  
 Et ecce, inquit, rursus pe-  
 rieras misella simili curiositate,  
 scilicet antea etiam perierat  
 Psyche, cum nimix curiosita-  
 tis impulsio videre voluisset  
 maritū incognitū, contra ipsius  
 præscriptum. Ita eum plerum-  
 que usu evenire videas, ut cu-  
 piant negata experiri, ac con-  
 tra-

Apul.  
 lib. 6.  
 Milesi.

trario motu niti in id, quod e-  
rit vetitum.

*Superbia feminarum.*

Facete & ingeniose Plautus,  
duas res esse dicit, quæ nun-  
quam satis exornari possunt,  
navem & feminam, verba ejus  
hæc sunt.

Plaut. I. 2.  
vers. 1.

*Negotij sibi qui volet vim  
parare,*

*Navem & mulierem, hæc  
duo comparato.*

*Nam nullæ magis res duæ  
plus negotij*

*Habent, eas forte si occepe-  
ris exornare,*

*Neque nunquam satis hæ  
duæ res ornantur,*

*Neque illis ulla ornandi sa-  
tietas est.*

Hiero-  
nym. ad  
Demetr.

Fædioribus enim muliercula-  
rum plerisque unum hoc est  
institutum, una cura, corpus  
excolere, ac longa formam  
quæ-

quærere desidia, ornare cri-  
 nem, & capillis transformatis  
 turritum verticem struere.  
 Hinc maxima apparet super-  
 bia in gestibus, in ornatu fa-  
 ciei, cæsariei, colli mamilla-  
 rum, ac totius corporis statu-  
 ræ, incessus earum brevis,  
 compositus, ventre aliquo  
 modo prominulo, levitatem  
 innatam ubique arguens, non  
 aliter ac si pedum plautæ nudi-  
 co favonio essent agitatae ac  
 dorsum ephippii instar incur-  
 vatum in modum expansi veli  
 commoveretur, totum corpus  
 sublevando, & ita modo feri-  
 catae obambulant modo cre-  
 pitantibus crepidis, aut scisso  
 calceamentorum genere in pu-  
 blicum procedunt, tum etiam  
 monilibus, exquisitisque lapil-  
 lis cervicem cingunt, ac lucen-  
 tibus gemmis, veluti aliquo  
 lit-

litterarum ordine sunt armil-  
 latae; quare pondera aestivo  
 tempore ferre vix possunt, de  
 hinc accedit lasciva cujusdam  
 periti manus, quæ miro artifi-  
 cio ubera ac papillas contre-  
 ctando eas eo disposuit modo,  
 ut aspectu eam promittant  
 conformitatem; qualem pi-  
 ctor eas depingendo optasset,  
 eadem illa manus corrigiis  
 succinxit dorsum, ac pectus  
 adcompressit ad gracilitatem,  
 ut sudorem abundanter emit-  
 tant, non aliter ac si inter fera-  
 les angustias essent compre-  
 hensæ, accedit lascivus aspe-  
 ctus, cum hircis oculis ac  
 transversa tuentibus, ejaculari  
 conantur faces quasdam igne-  
 as, non aliter ac si amor à Ve-  
 nere accensus flammam istas e-  
 mitteret. Quam vero curant  
 vultu insubido deformes, ut  
 for-

formosę in publicum prode-  
 ant: rasoriis instrumentis su-  
 percilia ita adaptare solent, ut  
 æquabili inter se meditullio  
 sint discriminata, ceruffatæ, ac  
 citrini unguento illinitę, fa-  
 ciem inficiunt, ad concilian-  
 dam gratiam ac venustatem,  
 & multum admiscent rubri-  
 cæ, ut quam sint reapse appa-  
 reant rubicundiores. Verum  
 enim vero quid turpius, quid  
 pejus homine fraudulento?  
 qui hoc intentat alios ut deci-  
 piat, maxima est fallacia glo-  
 riari ampliores se habere facul-  
 tates, quam habet. Xeno-  
 ph. Æ-  
 conom. Oстен-  
 dens adulterinum argentum,  
 ac monilia quibus materia sub-  
 sit lignea. Ita vere est decipe-  
 re velle, si quæ oblita nimio,  
 oculisque purpurisso sublitis  
 sese ostendet, atque ita cum  
 aliquo versetur, ut illum deci-  
 piat,

piat, cutisque loco minium  
 spectandum, & attrectandum  
 præbeat. Verum etiam si per  
 fraudes extraneos aliquo tem-  
 pore sic fallant, ut non convin-  
 cantur: tamen ab iis quibus-  
 cum versantur, tandem depre-  
 hendi necessum est, nam vel  
 quum de lecto surgunt ante-  
 quam ornentur, observantur,  
 vel coarguuntur à sudore, vel  
 per lachrymas explorantur,  
 vel per lavationem produntur,  
 Quod si cogitarent, ut bobus  
 boves, oves ovibus sunt gra-  
 tissimæ, ita etiam hominibus  
 purum hominis corpus esse  
 jucundissimum, facile hæc  
 linquerent, quæ solum in alio-  
 rum gratiam sunt comparata,  
 sed linquo fraudes, & ad id,  
 quod magis turpe, accedo.  
 Pudet illas sui creatoris, artifi-  
 ciosa dum admittunt, ne ita  
 ullum

nullum ejus rei vestigium, quod  
 Deus illis concessit, appareat,  
 & ita vilis ac parvo constans  
 pulchritudo, terrenusque f-  
 ctor, in contrarium fabricans,  
 insidiosis coloribus Dei figmē-  
 tum obducit, lineamenta in-  
 ducit, & per honorem inf-  
 miam inurit, ac divinam for-  
 mam proponit meretricum  
 procacibus oculis, ut ita simula-  
 ta facies, genuinum omne  
 tollat ac adulterina pulchritu-  
 do naturalem imaginem, quæ  
 Deo ac futuro ævo servatur,  
 furripiat. Neque hoc solum  
 quod visum decipiunt, verum  
 eo audaciæ progrediuntur, ut  
 reliquos fallant sensus, tactum  
 atque adorem pinguibus illis  
 Poppeanis, quibus facies, ac-  
 cutis magis intenditur, læviga-  
 tur, odorem fragrantio-  
 rem de se spargit, verum ut ingenue  
 D fatear,

ium  
 dum  
 per  
 em-  
 vin-  
 pus-  
 pre-  
 a vel  
 nte-  
 tur,  
 vel  
 tur,  
 tur,  
 obus  
 gra-  
 ibus  
 esse  
 hæc  
 alio-  
 rata,  
 id,  
 edo.  
 tifi-  
 e ita  
 lum

fatear, non nisi prostitutis & impudicis fæminis talia congruunt, & nullarum pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est. Placeat sibi ceruffata Lycoris, quæ nigrior erat candente moro, placeat sibi Ægle dentata, emptis ossibus, indicoque cornu, placeat sibi Poppæa lacte asinino corporis candorem provocans, placeat sibi virgo Pygmæa tragicis cothurnis adjuta, si quæ placere potest, illa placebit quæ formæ neglectu culta est. Quemadmodum enim ea aqua est optima, quæ nihil sapit: ita illa mulier tum demum bona quæ nihil attraxit ornamenti, quod ad olfactum lepide applicavit Comicus: mulier tum demum recte olet, cum nihil olet. Verum quæ fæminarum apparet super-

Plautus  
Mapell.

superbia circa cæsariem, si forte alibi ad convivium evocata, aut hortum alicujus amœnum visuræ, circumstant puellæ, circumstat anus, judicium suum de capillorum ferens ornatu. Quod quia eleganter Satyricus, ideo ejus verba malim adscribere.

*Si expectatur in hortis  
 Aut apud Iliacæ potius sacraria pugnae  
 Disponit crinem - - -  
 - - - altera lævam  
 Extendit, pectitque comas,  
 admotaque lanis,  
 Emeritâ quæ cessat acu;  
 sententia prima  
 Hujus erit, post hanc ætate  
 atque arte minores  
 Censebunt, tanquam famæ  
 discrimen agatur,  
 Aut animæ: tanta est quærendi cura decoris.*

D 2

Et

Et ita prodeunt imposturis  
 conspicuæ crurium variis nexi-  
 bus implicatorum. Prodeunt  
 capillorum nodis aut fulmen  
 aut fulgur aut simile quid te-  
 nentes, prodeunt capitibus au-  
 reis cicadis cinctis, adeo ut  
 summâ, cum infamia, nil nisi  
 psaltrias efficiant: Verum si  
 curas ac sollicitudines diei spe-  
 ctemus saturni; Heu quantæ  
 ibi vanitates, quot inutiles ge-  
 stus! de singulis capillis ad  
 consilium itur, multæ horæ  
 de nocte adventante furripi-  
 untur, quo solito pulchriores  
 ac comptiores diebus illis sa-  
 cratis appareant, quanta ibi an-  
 cillantium & famulantium  
 gregum molestia! dum aut  
 disjecta coma restituitur, aut  
 ad latera compellitur, hinc at-  
 que illinc extra anguim a-  
 ciem inordinate devians. Et  
 jam

jam persuaderent hominibus,  
 comam suo ingenio fusam, &  
 à Veneris manibus discrimina-  
 tam, in quandoque justo se-  
 rius surgentium, atque ita in  
 templum venientium quæ-  
 dam laboris apparerent vesti-  
 gia, dum chartulæ in modum  
 cochlearum compositæ, an-  
 cillarum incuria capillitio  
 promineant. Quam duriter  
 suos tractant, acribus inva-  
 dunt dictis, si forte tactu mi-  
 nus ordinato, aliquid fuerit  
 extra ordinem situm, adeo ut  
 in annulorum non recidat se-  
 riem, neque contentę aliorum  
 iudicio, speculum omni occa-  
 sione inspiciunt, anxie consu-  
 lunt, & quod magis, lateri  
 adpendunt, ut in omnem e-  
 ventum consiliarius presto sit, si  
 quando de computura agitur.  
 O quam vana imbecillioris

D 3

sexus

sexus cura! qui majore tangitur sollicitudine ordinationis crinium, quam affectuum, comptura comæ, quam modestiæ, decore capitis, quam morum, ac quam decet Christianam vitæ honestioris, nemo illarum est, quæ non æquiore ferret animo, si Respublica turbaretur, quam si coma. Quid ergo tandem hisce creditis fore, nisi ut minus gratæ suis maritis, veluti miserrima Poppæa, in exilium mittuntur, ab hominum consortio semotæ.

*Libido fæminarum.*

Mulieres ita libidinis agitantur furore, ut ruptis pudicitæ claustris, similes equis, qui nullis frænis coerciti, ruunt, per fas ac nefas indomitam properent rabiem sedare; & impatientes exiguæ dilatio-  
nis,

nis, promissæ libidinis flagi-  
 rent vadimonium. Maturæ  
 spei vesania præcipites, captæ  
 mentis, nec modum fervant,  
 nec mensuram. Cum enim  
 magis imperitet sexui mulie-  
 bri libido, quam quidem viri-  
 li: eo acrior est in fæminis,  
 plusque furoris habet. Neque  
 unquam fieri potest, ut illo  
 sint quietę remedio, cum las-  
 sari quidem possint mulieres,  
 etiam delassari, nunquam vero  
 satiari, semper aquam portes  
 rimosa ad dolia: semper istud  
 onus subeas manantibus urnis:  
 semper circa mulierem tuo in-  
 tentus sis officio, nunquam il-  
 lud abundanter explere pote-  
 ris, allicient, etiamsi continuo  
 coïtu membra habeas emortua,  
 ac hesterna languidiora rosa,  
 sermone blandis stimulum  
 addent, illud Græcarum mu-

Juven.  
 Sat. 6.

D 4      lierum

lierum sepius inferendo ὅτι μὴ  
 φύσιν, neque contentæ e-  
 runt, sive des quod debes, sive  
 quod potes, sive etiam ultra  
 modum sis liberalis. Neque  
 mirum: quum enim natura  
 mulieribus dedit ad coïtum in-  
 clinationem, ac uterum fecerit  
 omnis concupiscentiæ fun-  
 dum, tantum secundum eam  
 progrediuntur naturam, quam  
 ipsis concessit natura parens, ut  
 aliter ac ignis nunquam dicit  
 sufficit, nec infernalis locus;  
 ita nec mulier, secundum il-  
 lud Salomonis. Vere vocari  
 poterit materia prima, quæ non  
 solum gaudet formis præsen-  
 tibus, verum etiamnum insa-  
 tiabili aliarum tenetur concu-  
 piscentia. Atque hanc esse ra-  
 tionem putem, cur mitiorem  
 esse pænam adulterarum vo-  
 luere Iustinianus, utpote qua-  
 rum

Horn.  
 instit.  
 med.

Novell.  
 134. c.  
 10.

rum tanta est libido, ut nulla lege vel minimum possit coerceri, hæc eadem illa causa, quod jure Canonico permissæ intra lugendi tempus nuptiæ, cum olim non permitterentur, ut ita omnis delinquendi occasio evitaretur. Quid vero exempla referam? cum plenum sit exemplorum priscum istud ævum, earum, quæ satia-ri non poterant. Quales Pop-pææ, Messalinæ, Cæsoniæ, Liviæ, Leconia, Cæliæ, Fau-stinæ, Thelesmæ, quarum res gestas in gratiam honestorum prætereo. Quid quod pluri-mæ belluinam habuerint libi-dinem, adeo ut prurigine con-citata, vel cum jumentis con-cubuerint? Pasiphæ cum tau-ro, quum sese inclusisset intra vaccam ligneam, opertam co-rio formosæ juvencæ, & au-

c. pen.  
fin ex-  
tra. de  
sec.  
nupt.

D 5

etor

Apul.  
lib. x.  
Miles.

Etor & Iuba, equum à semi-  
raniide adamatum usque ad  
coitum, quo refer illud Apu-  
lei de muliere Corinthiacâ,  
quæ adultero delectabatur ru-  
dente, adeo ut unius noctis  
concubitum à famulis pretio  
stipularetur, neque hæc omnia  
pro fabellis explodenda cum  
etiam ipsæ leges Mosaicæ, con-  
tra hanc mulierum monstri-  
cam Venerem pænas statue-  
rint: mulier, quæ succubuerit  
cum jumento, simul interficia-  
tur cum eo. Quisquis ergo  
es, tibi cave, ac prospice, ne  
unquam in tales incidas cha-  
rybdes: nunquam etenim e-  
runt contentæ, priusquam te  
spolient, vacuum reddant,  
macerent, donec vix ossibus  
hæreas, ac inter cæteras cave  
ab illis pallidulis, gracilibus, ac  
maculentis, nec non fuscis  
pal-

pallidi coloris, quas solent  
Brunettas appellare, solitæ e-  
nim plerumque esse falacio-  
res, & magis prurientes reli-  
quis.

*Nulla ducenda.*

Quicumque maritali capi-  
stro os suum vult porrigere,  
stultus sese in magnas conjicit  
calamitates, neque unquam  
fieri poterit ut fortiatur quie-  
tum vitæ modum, rationes  
hujus rei sunt variæ I. quan-  
cunque duxerit, semper du-  
xerit malam, cum nulla fæmi-  
na inveniatur bona, nisi forte  
res mala fato quodam mariti  
facta sit bona, cui sententiæ  
suffragatur Eccles. hominem c. 7. vers.  
unum de mille juveni & mu- 27.  
lierem in his omnibus non in-  
veni, neque in proverbiiis dis-  
sentit: mulierem strenuam c. 31.

D 6

quis

In Hip-  
polyt.

quis inveniat, quasi dicat in-  
venta est difficultas, & corvo  
rarior albo. Rationem cujus  
lepidam reddit Eurip.

*Si parens, qui procreavit,  
qui aluit, bonam*

*Magnamque partem pa-  
trimonij, cum filiam a-  
licui collocat,*

*Una cum ipsa elargitur, ut  
liberet se eo malo,*

*Inde liquido intelligi potest  
quam ingens malum  
femina sit.*

Neque quisquam contrarium  
testabitur: illi enim partim a-  
gnoverunt, qui conjuncti ac  
sociati, partim etiam pudore  
dissimulant; illi vero qui non-  
dum compedibus illis ligati,  
incommoda ignorant, quo fit  
ut inconsiderate sæpe ruunt  
sui in perniciem, postmodum  
prænitentia ducti. Quod So-  
crates

crates adolescentulis de matrimonio consulentibus respondit: qui nondum intra nassos sunt pisces, volunt intrare, qui autem jam intus sunt, volunt exire, unde eleganter Eubulus.

*Male pereat quisquis iterum uxorem duxerit:* Athen. lib. 13.

*Ei qui primum, sic impre-  
cari equidem nolim:*

*Nam hic, ut existimo, ejus  
mali est inexpertus:*

*Ille vero, quantum uxor  
malum sit, satis didi-  
cerat.*

2. Ratio desumi potest ab adjuncto incommodo, si quæ ducitur, aut dotata ducitur, aut paupercula, hæc si ducatur, misera domus & inops, præterquam quod paupercula futura est suspiciosa, ac se propter paupertatem putabit negligi,

gligi, illa si assumatur, jam  
damno & malo maetaberis.  
Dominam etenim habebis,  
cujuseris & famulus & servus,  
quod innuit Mart. ad Priscum.

*Vxorem quare locupletem  
ducere nolim,*

*Quæritis? uxori nubere  
nolo mea.*

*Inferior matrona suo sit,  
Prisce, marito,*

*Non aliter fuerint fæmi-  
na, virque pares.*

3. Quicumque jugali vincetus  
est nexu, libertatem omnem  
amifisse vere dicitur, nihil e-  
nim dices, nihil facies, invitâ  
illâ Minerva, paratus debebis  
adesse, ut jugo submittas tuum  
caput.

Inven.  
Sat. 6.

*Nihil unquam invitâ do-  
nabis conjuge: vendas.*

*Hac obstante nihil: nihil,  
hæc si nolet, emetur:*

*Hæc*

*Hæc dabit affectus : ille excludetur amicus*

*Fam senior*

Miseros omnes igitur illos, qui vendidere suam voluntatem, ac delitias : & amissa electione, servi mulierum vivunt: quæ injuriam facientes, etiam læsos increpant, & cum mali nihil patiantur ægras se esse crebro dicunt, quibus expensis Satyricus rogat Posthumum num fuerit mentis compos?

*Certe sanus eras, uxorem Posthume ducis?*

*Dic qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?*

*Ferre potes dominam salvis tot restibus ullam?*

*Cum pateant altæ, caligantesque fenestræ?*

*Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons?*

4. Si quæ uxor erit ducenda  
par

par & æqualis erit ducenda,  
 verum nulla ratione viri est æ-  
 qualitas cum fæminis; semper  
 etiam aliquid deerit, & aut mo-  
 rum erit diffimilitudo, au sta-  
 tueræ impropotionalitas, aut  
 simile, quid, adde quod parem  
 uxorem ducere pessimum e-  
 rit: ubi enim uxor par marito,  
 ibi impar est conjugium, uxo-  
 ris enim est parere, viri impe-  
 rare. Quod si dicas, uxor ma-  
 rito æqualis, quia decens, for-  
 mosa, dives, fæcunda, omni-  
 bus illis ornata dotibus, quibus  
 gaudet maritus. Rara hæc a-  
 vis est in terris, & nigro similli-  
 ma cygno. Verum quis talem  
 ferret uxorem, cui constant  
 omnia? Malim, Malim, ve-  
 nusmam, quam te Cornelia  
 mater Gracchorum, quia cum  
 magnis istis virtutibus adfers,  
 grande superculum.

Juven.  
 Sat. 6.

5. Et

5. Et si forte in conjugio aliqua sit futura commoditas, tamen in eo major est incommoditas, ac damnosa fructuosis præponderabunt.

*Semper habet lites, alteraque jurgia lectus,* Satyr.

*In quo nupta jacet: minimum dormitur in illo.*

Et etiam si aliqua quidem foret uxoris jucunditas, nimis tamen è natura dictum est, nescio quem filios invenisse tortores, in quo Euripidis sententia probanda, qui carentem liberis infortunio dixit felicem. Quod ad me attinet, amo illud Comici,

Boët.  
conf.  
Phil. 1. 3.  
prof. 7.  
Plaut.  
Mil.  
Glor.

*Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?*

*Nunc bene vivo, & fortunate, atque ut volo, atque animo ut lubet.*

*Mea*

. Et

Mea bona, meâ morte co-  
gnatis dicam inter eos  
partiant.

Illi apud me edunt, me cu-  
rant, visunt quid agam,  
ecquid velim.

Priusquam lucet, assunt:  
rogitant, noctuan som-  
num ceperim.

Eos pro liberis habeo: quibus  
mibi mittunt munera.

Sacrificant; dant inde par-  
tem mihi majorem  
quam sibi.

Adducunt ad exta: me ad  
se, ad prandium, ad  
cœnam vocant,

Ille miserrimû se retur, mi-  
nimum qui misit mihi.

Illi inter se certant donis, e-  
go mecum mussito:

Bona mea inbiant, certatim  
nutricant, & munerant.

Ac cum Hippolyto,

De-

Detestor omnes, horreo fu-  
gio, execror.

Sit ratio, sit natura, sit di-  
rus furor:

Odisse placuit, ignibus jun-  
ges aquas,

Et amica ratibus ante pro-  
mittet vada

Incerta syrtis: ante ab ex-  
tremo sinu

Hesperia Tethys lucidum  
attollet diem,

Et ora damis blanda præ-  
bebunt lupi

Quam victus animum fæ-  
minæ mitem geram.

Non convenit fæminis  
eruditio.

Etiam si hæc quæstio hodierno  
tempore satis fortassis videbi-  
tur decisa, tamen jam lubet  
quasdam rationes, in medium  
proferre, quibus probaliter  
sua-

suadetur eruditionem non  
convenire fæminis cui senten-  
tiæ quamvis invidiosæ favet  
Satyricus.

Juven.  
Sat. 6.

*Non habeat matrona --  
Dicendi genus, aut cur-  
vum sermone rotato*

*Torqueat Entbymema, nec  
historicos sciat omnes,  
Sed quædam ex libris &  
non intelligat: odi*

*Hanc ego  
Et Euripides in Hippolyto,  
Odi eruditam, ne meæ  
unquam*

*Sit domi, quæ plus sciet,  
quam mulierem scire  
expedit.*

*Namque eruditis ipsa ma-  
jorem Cypris astutiam  
indit.*

Ad rationes accedo, quarum  
prima est: quia non minus pu-  
dicas esse illas ingeniosas & e-  
rudi-

ruditas mulieres antiquitas in-  
dicavit, quippe quæ multas le-  
gunt historias, aliosque libros,  
qui peccandi sæpe docent ra-  
tiones. Cujus rei fidem pote-  
rit facere vel unica Sappho  
mulier, si quæ alia salax, sala-  
cissima.

2. Ideo non videtur conve-  
niens esse, ut fæmina multa  
sciat, quia nullius erit usus ip-  
sius sciëntia, ei etenim convenit  
modestia, verecundia, taciturni-  
tas, non vero ut multum lo-  
quatur, ganniat, quod Tertull. De ve-  
innuit his verbis, non permit-  
titur mulieri in ecclesia loqui,  
sed nec docere, nec tingere,  
nec offerre, nec ullius virilis  
muneris vindicare ministeriũ,  
quod magis clarum ex illo A-  
post. Mulier cum silentio dis-  
cat, cū omni subjectione, mu-  
lieri enim docere non permit-  
to, neque authoritatem usur-

De ve-  
land.  
virgin.

1. Tim. 2  
vers. 11.  
& 12.

pa-

pare in viros sed esse in silentio.  
 Ubi observa hæc poni pro syn-  
 onymis *docere*, & *authoritatē*  
*usurpare in viros*, quod poste-  
 rius illicitū, ita etiam & prius,  
 cui adde, si mulier quid nove-  
 rit, omnia sua proferet, adeo ut  
 aliis non concedatur loquendi  
 tempus, quod Iuvenalis illis  
 verbis fuse designat.

Iuv.  
 Sat. 6.

*Cedunt Grammatici, vincuntur Rhetores, omnis  
 Turba jacet, nec caussidicus,  
 nec præco loquatur*

*Altera nec mulier: verborum  
 tanta cadit vis.*

*Tot pariter pelves, tot tinnabula dicas*

*Pulsari, jam nemo tubas,  
 nemo æra fatiget*

*Vna laboranti poterit succurrere lunæ.*

3. Ratione domesticæ admini-  
 strationis feminã studiis abstinere  
 oportet, quæ eam prorsus im-  
 pedi-

pediunt. Neque unquam sapiēs ille Rex voluit mulieres libros legere, aut scripta tractare, verū lanam & telam percurrere. Atque hac insententia fuit Frāciscus Britanniae dux Iohan V. filius, qui, quum super conditione Isabellæ varia differerētur, eamque artibus litterisq; instructam negarent, dixisse fertur: satis eruditam videri mulierem, quæ interulæ thoracisque discrimen non ignoraret.

4. Cum mulier sua natura sit astuta ac dolosa, metuendū erit, ne doctrinā promptior & acutior reddatur ad struendas machinas. Id quod expertus Antonius, quem non tam specie vel corporis forma in sui pellexit amorē Cleopatra mulier Æthiops, quā quidem varietate linguarum, ac sermonis elegantia. Neque hic quisquā mihi recenseat illustria fæminarum exempla, quæ multis virtutibus, ac dotibus ipsis viris præluxere, quales illæ antiquæ, Theano Locrensis, Lyrica, Theano Me-

ta-

tio.  
fy-  
atē  
ste-  
ius,  
ve-  
o ut  
ndi  
illis  
in-  
is  
us,  
bo-  
in-  
as,  
suc-  
ini-  
ine-  
im-  
edi-

Apul.  
Flor.

tapontina Philosopha, Coruma  
Thebaria, cognomento Musa  
Lyrica, Cornelia Africani filia,  
Aspasia eloquentia & litteris  
præcellens, & recentiores proba  
Valconia fæmina clarissima D.  
Baptista de Melatestis, & hoc  
nostro seculo quædam raris in-  
genii dotibus omnibus præpo-  
nendæ, quas studio prætereo ac  
silêtio involvo, quæ omnes, ab-  
sit invidia verbo plus æquo cu-  
riosæ & ultra sui sexus indolem  
judicandi avidæ, ad artiũ ac sci-  
entiarum cognitionem animũ  
applicuerunt Tantum enim id  
respicio, quod moribus prudẽ-  
tium receptũ, ac sanctũ habitũ  
fuit, ne mulieres nimiũ sua las-  
civerẽt indole, quod & ex utili-  
tate reipublicæ, ac mulierũ ho-  
nestate est futurũ, utroq; igitur  
pollicie illud Satyrici probo.

Iuv Sa-  
tyr 6.

*Quæ docta nimis cupit, & fa-  
cunda videri,*

*Crure tenuis medio tunicas suc-  
cingere debet,*

*Cedere silvani procum, qua-  
drante lavari.*

FINIS.

Th 286

ma  
lusa  
lia,  
eris  
oba  
D.  
noc  
in-  
po-  
pac  
ab-  
cu-  
em  
sci-  
mū  
n id  
dē-  
bitū  
laf-  
titi-  
ho-  
itur  
fa-  
suc-  
ua-

ULB Halle 3  
004 764 188  






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

# KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

# Kodak

LICENSED PRODUCT

3/Color Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

